



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Calepinus Ad librum

Calepino, Ambrogio

Venetijs, 1509

Vorwort

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97861)

**Ambrosius Calepinus Heremitanus Senatui: Populoq;
Bergomensi. Salutem Plurimam Dicit.**



Lures anni sunt Magnifici: consumatissimiq; viri: ex quo: vel a prophanis: tū veterib;
tum recentibus: vel a catholicis: & his sane doctissimis: sanctissimisq; viris complurimas
dictionum interpretationes: que mihi ad pernoscendas auctorum sententias idonee vide
rentur excerpere: atq; in vnum cepti cogere. Quod plane opus sic a me susceptum esse ve
lim existimetis: vt alijs: & mihi i primis vsui quandoq; futurum esse considerem. Non eni
tam instruendozum aliozum: q̄ mei exercendi igenij gratia id efficere aggressus sum. Nā
cum a teneris (vt aiunt) ynquiculis iter sacratozum numerum fauentibus superis relatus
fuissem: & neq; declamationibus refragante natura me dedendum putarem: neq; percipie
re de pbilosophie vlla mihi a patribus facultas daretur: quippe qui in id tēporis incidissem:
quo de saluandis animis tantūmodo cogitandum foret: cum nec tempus omnino frustra terendum ducerem.
Naud iniqua res visa est ea me applecti studia: que certam p̄ se ferrent humanitatem. Neq; vō eo vel temeri
tatis: vel dementie redactus sum: vt bonarum artūum studiosis satis me facere posse existimē: quando nemo li
cet sapientissimus id vnq; prestare potuerit: certoq; sciam me nec tanto ingenio: tantæ litteratura p̄cellere:
vt que a Nonio Marcello. Sexto Pompeio. Pediano. Seruio. Donato. Varrone: ceterisq; latine lingue li
minibus elucubrata fuerint: ego ipse magis religionis dedicatus: q̄ cuiusdam discipline clarius: aut erudicatus
scribere posse considerem. Verum quia in prestantissimis illis litterarum antistibus plurima desiderabantur:
ego vt cōmuni studiozorum vtilitati consulere: ac meis pro viribus suscepti muneris officio cumulatifime sa
tisfacere: ea carptim ex omnium pene disciplinarum monumentis expromere conatus sum: multa cōtra Lau
rentium Vallam: contra Priscianum: aliosq; auctores prestantiozū auctoritate nixus. Plus enī apud me Am
brosij. Hieronymi: vel Augustini grauitas: & doctrina valet: & grecozum: q̄ Laurentij vally studiosa rep̄ber
tio. Id autem bene maleue fieri in assecutus iudicent alij. Hoc vnum affirmare ausim nostrum hoc opus & voca
bulozum multitudine: & p̄positionum interpretatione: & auctozum citatione: ordineq; dictionaria cuncta su
perare. Quod cum in volumen amplum excreuisset: ac illud multozum rogatu emittere statuissem: patriam dele
gi: cui id dederem. Nam cui potissimum consecrari opus de re litteraria debuit: nisi patrie: & illi quidem patrie
in qua magno: & excellenti ingenio viri sunt: qui de grauitate: de iuris prudentia: deq; sciētiarum genere p̄
clare meriti essent: quos ego tanq; obices oblatrantibus constitui opponere. Sere enī pleriq; omnes qui in li
teris p̄sertim aliquid edidit: id principi: vel senatui cuiuspiam inscribere quezentes vt ab eozum potentatu: ac
magnitudine laboribus suis apud oēs auctoritatem: & ab inuidis tutelam: munimēq; pararet. Prudenter id qui
ant: tueantur. Scio nāq; futuros esse: qui labori nostro detrahant. Ita enim fit vt quecunq; mortales agant siue
p̄uatiū: siue publice calumnie subiaceat certum sit: nec diuinis operibus maledica lingua parit. Tantum sibi
humanius arrogat intellectus. Ego non nisi volentibus hec legenda trado. Multa sane fateor a me tradita sunt:
que alij p̄bent: ab alijs vitio dentur: quod plerisq; etiam doctissimis vsu euenisse compertum est. Velle suum
cuiq; est: inquit poeta: nec voto viuatur vno. Domus que apud forum extracta est q̄ editiozū: vel de p̄ssior q̄
equum videatur sepe contenditur. Difficile reoz omnibus placere posse. Sed ego non solum cupiā me non p̄
pono: sed nec equipero quidem eligens cum p̄pheta abiectus esse in domo dei. Quare si meum opus a vobis
acceptum fuerit: illudq; probasse videamini abesse non poterit: quin a tam grauib; tam doctis: tam eloquenti
bus viris laudatum: laudandum quoq; reliqui existiment. Multa vō: immo pene innumerabilia desunt in hoc
opere. Quis enim vnīuersa multis etiam queat comprehendere voluminibus: Vt nō longius epistolam eua
gari patiar finem dicendi faciam: si modo hoc vnum vos monitos effecero: quod ad rem plurimum conducere
videtur: quippe quod vnam quanq; dictionem inuentu facilem reddat. Nam omnes orationes partes aut sim
plices sunt: aut composite. Que simplices sunt: suo quoq; loco pro duarum triumue litterarum p̄cedentium or
dine collocantur. Compositarū alias simplicibus: alias per se fm variā multiplicemq; earum significantiam
comptauit ab A. littera initium sumens.

Handwritten marginal note in cursive script, partially obscured by a large purple stain. The text is difficult to decipher but appears to be a personal remark or correction.